



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

4. Iteratio voluntaria Baptismi, Confirmationis, Ordinationis inualida.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

quod Confessor rectum vult, siue  
absoluatur poenitens siue non, siue  
moriatur, siue viuat, semper obli-  
gat sigillum.

[A] Ex institutione Christi & com-  
muni sensu Ecclesiae. Coning. d 9.  
dub. i. non tamen est frangere  
sigillum in genere monere Superio-  
rem alicuius congregationis de pec-  
cato, quod ex Confessione nosti,  
committi solitum, ut prouideat, &  
auertat occasiones, dummodo ali-  
quis in particulari non prodatur,  
aut nullum periculum sit reum de  
delicto per talēm denuntiationem  
posse deprehendi.

IX. Tria sunt omnino Sacra-  
menta, quae semel ritè collata, &  
suscepta sine graui peccato, & ir-  
reuerentiâ repeti amplius non  
possunt ob characterem (tanquam  
spirituale signum, & indeleibile)  
quem imprimūt, adeòq; tam col-  
latores, quam susceptores iterati  
Baptismi

Baptismi, Confirmationis, Ordinationis scienter collati grauiter peccant.

Est de fide ex multis Conciliis.  
*Vide s. Th. in. 3. p. q. 66. a. 9.*  
Post prudens vero dubium (non scrupulos, aut leues dubitaciones, suspiciones) de valore Baptismi v. g. in necessitate baptizatus infans à fœmina (de qua graues causæ dubitandi an consueta forma fuerit usus) deber baptizans sub conditione ore, vel mente exprimenda infantulum baptizare. Et sic proportionaliter de reliquis Sacramentis, quæ ex institutione Christi sunt initerabilia.

V. Sicuti sententia lata à non iudice irrita est, ita de facto ordinatio ab alieno Episcopo collata, qui ius ordinandi non habet, irrita censeretur in ordine ad legitimam eius executionem, seu usum,